

dicere, asitum esse, tamen nequeat minore, aut, si equalem valeat dicere, ad hanc recitandam urgeri? Fateatur ergo & ipsi dividuum officium esse, quemadmodum dividuum seiumum est.

XVIII. Fundamenta quibus nitebatur proscripta thesisi, inania prorsus sunt, & pura putaque sophismata. Principium illud, quod maior pars trahit ad se minorem, locum habet in iustis, quorum maior numerus rem definit, lege sic precipiente. In aliis dividuis materis locum minime habet: alioquin qui nequit solvere centum, non teneretur solvere decem, cum possit: quod absurdum a nemine admittitur. Accessorium sequitur principale, quando a principali est inseparabile; secus, quando separabile ab eo est, & disparatum. Quapropter qui oven cum agno promissit, persente ove, tenetur reddere unum. Quod de consuetudine obtrudit Tamburinus, a veritate abuldit. Concludendo contraria omnino obtinet, videlicet quod reddat partem qui non potest totum: elique axiomata lumine naturæ notum, & loique Probabilissimi caligine obtenebratum.

XIX. Quæst. VIII. Qui non potest minorem, potest autem maiorem partem officii recitare, tenetur ne hanc dicere? Resp. Negant plures iuniores, & negare coguntur omnes illi qui fulment officium dividuum individuum esse. Verum plures ex illis ipsi qui propugnant opinionem damnatam, docent, teneri Clericum ad maiorem officii partem, quam potest recitare, licet nequeat minorem, quia maior pars tunc trahit ad se minorem, inquit Tamburinus, & Leander. Hinc qui non potest Matutinum dicere, astringitur, cum potest, persolvere Laudes, reliquaque horas.

XX. Quæst. IX. Qui non potest dimidium, potest vero alteram officii dimidiam partem recitare, tenetur ne ad hanc? Resp. Negant docti iuniores, Leander disp. vi. q. lvi. & citat Caspropolium, Dianam, Corium, Rodriguez, Molfesum, & alios. Sed difficultate torquentur in assignando puncto mediæ. Constat inquit ex una parte Matutinum cum Laudibus, ex altera ceteras horas. Negant teneri ad illas cum qui nequit primas persolvere. Confectarium est propositiois damnatae. Ideo hæc opinio falsa est. Fateatur tamen teneri ad matutinum cum Laudibus, si possit, eo quod existimant Matutinum Laudibus potestem aliquo modo partem officii esse.

XXI. Quæst. X. Qui habet Diurnum, caretque Breviario, tenetur ne psalmos Matutini

recitare? Resp. Pro sententia negante Leander loc. cit. q. lx. laudat Fillicium, Pellizarium, Tamburinum, Dianam, Garciam, Sancium, & alios plures. Ipse vero Leander adfirmat, si officium sit feriale, vel Sancti simplicis: quia psalmi sunt maior Matutini pars; & tres lectiones cum responsionibus sunt parva Matutini portio: pro qua sententia laudat Sanchez, Dianam, Trullenchum, & alios. Negat vero, si Matutinum esset festi duplicis, vel semiduplicis: quia in hoc casu psalmi essent minor pars. Ad dit vero debere hunc recitare aliquod officium de communi, casu quo illud memoriter dicere seiret.

XXII. Mihi probabilis videtur hunc debere recitare psalmos Matutini currentis, sive officium sit feriale, sive cuiusque Sancti, ut docet Navarrus Lib. de Orat. cap. xi. n. 17. & 18. cuius hæc sunt verba. *Ridendo suscipe, ait, qui facientes iter excusabant se de seculum Breviarii ab omnibus horis tunc possent omnia præter lectiones, & responsoria, matris nam memoriter dicere. Et multo magis eum quem memini excusare se a dicendo antiphonam, eo quod ignoraret antiphonam, & orationem illius diei propriam. Quoniam omnes presbiteri tenebantur de precepto recitare omnia que poterant memoriter; & de consilio pro aliis que viderentur eis aptiora, substituire.* Hactenus Navarrus, cuius doctrinæ utroque pollice subscribo. Hinc qui horarum psalmos recitare memoriter sciunt, quamvis ignorent antiphonas, capitula, & orationes, ad id tenentur, ut cum aliis docet vel ipse Leander quæst. xi.

XXIII. Quæst. XI. Excusatur ne ab officio qui magnam partem in eo recitando difficultatem? Resp. Negans opinio communis est, etiam penes iuniores, nisi tanta sit difficultas que impossibilem moraliter reddat recitationem; qualis esset, si quis ex recitatore ne feriale, vel gravem capitis dolore timeret experientia doctus. Quod accideret fore in quibusdam nimium meticulosis, frivolisque obnoxiiis. Excusarentur pariter qui timerent gravem iacturam fortunarum, vite, & honoris, ut degentibus inter hæreticos, & infideles accideret interdum possent. Inter Catholicos enim id contingere vix potest.

§. IV.

De dispensatione.

I. Quæst. I. Summus Pontifex potest ne dispensare Clericum ab officii recitatione? Resp. Sententia adfirmans communis est: quia quilibet legislator dispensare valet in lege a se lata. Preceptum autem recitandi officium est ecclesiasticum. Ergo Pontifex super eo dispensandi facultate potitur.

II. Quæst. II. Valet ne Pontifex dispensare Beneficiarium? Resp. Negant Angelus Rosella, & Turresemata apud Leandrum q. lxx. eo quod obligatio Beneficiorum recitandi officium est de iure naturali. Contraria opinio communis est. Quia licet vi iuris naturalis teneantur Beneficarii aliqua subire onera, non tamen officium determinate. Quare videtur satis probabilis quod recitatio officii sit iuris ecclesiastici. Et quamquam concederetur id esse etiam aliquo modo iuris naturalis, ut servare festa, ieiunia, & alia plura; quia tamen hæc obligationes determinate sunt iure ecclesiastico, ideo Pontifex in his omnibus dispensare valet, quatenus hæc omnia cadunt sub precepto iuris positivi. Distingendum enim est ius naturale prohibens aliud, quia malum, a quo nulla humana potestas dispensare potest; & ius naturale præcipiens aliud bonum indeterminate, & iuris positivi determinationi obnoxium. Ab hæc lege, quatenus positiva, Pontifex dispensare valet.

III. Quæst. III. Potest ne Episcopus dispensare in perpetuum Clericum ab officio? Resp. Sententia negans est communis: quia inferior potestatem non habet in legem latam a superiore. Lex autem obligans Beneficiarios, & Clericos ad canonicas preces lata ab Ecclesia est. In calibus tamen concurrentibus dispensatio temporibus, & circumstantiarum varietate, & ex rationabili causa suos subditos possunt Episcopi: quia & Pontifex id concessisse rationabiliter præsumitur, & consuetudo invecita id confirmat. Quia dispensandi facultate potitur etiam Vicarij Episcoporum ex eorumdem concessione, & peculiari mandato, nec non etiam Vicarij Capitularum, Sede vacante.

IV. Quæst. IV. Prelati regulares valent ne dispensare cum suis subditis? Resp. Distingendum est de Religiosis sacris initiatis ordinibus, & de non initiatis. Tam de illis, quam de illis negant plures, quos citat Leander q. lxx. Plures alii adstant primum de Reli-

giosis non constitutis in sacris: quia isti non communi, sed religioso iure tenentur ad horas canonicas; atque adeo, sicut possunt regulares Prelati in aliis Regula, & constitutionum præceptis, sic etiam super hæc obligatione, seu consuetudine subditos dispensare poterunt. Pro hac opinione Leander citat Lessium, Bonacinam, Palaum, Villalobos, Tamburinum, Cateatum, Sylvestrum, Navarrum, Medinam, & alios. Idem asserunt de potestate dispensandi ceteros Religiosos sacris initiatis: quia Prelati regulares hæc habent respectu suorum Religiosorum, veluti Episcopi, qui, ut diximus, in occurrentibus casibus subditos suos dispensare valent. Addunt, non solum titulo iuris communis, verum etiam titulo privilegiorum, dispensare posse Praelatos regulares cum suis subditis, puta tempore infirmitatis, & convalescendi eadem. Et certe, si quod privilegia in hac materia Regniaribus concessa valent, potissimum locum habent in similibus eventibus. Quia vel ipsa privilegia facultatem expressam concedunt dispensandi cum debilibus, infirmis, studiosisque litterarum occupatis. Adverte P. Suarez Lib. II. cap. xxviii. n. 41. quamlibet Religionem servare debere propriam consuetudinem. Porro, quantum mihi licet licere, cuiusque Religionis Prelati dispensare solent tempore convalescendi ex morbo cum debilibus, & occurrentibus dubis eventibus; quemadmodum dispensant in ceteris præceptis ieiuniorum, festorum, & similibus. Consensum vero, vel oculis caligantibus absolutum dispensationem impetire saltem in moe Ordine Prelati non solent, sed dispensatio a Summo Pontifice postulatur, ut pluries fieri ipse vidit. Dicitur vero supra dispensationem, non modo Generales, ut contendit Bonacina, sed & Prelati conventuales impetire solent, consuetudine invecita, & privilegiis indulgentibus.

CAPUT XI.

De obligatione Prebendarum, seu Canonice-rum frequentandi chorum, ut quotidianas distributiones lucrarentur.

Hactenus disputatum est de omnibus iis qui canonicas preces recitare tenentur. In presentiarum de peculiari personarum genere ditionem entium. Canonici, seu Cathedralium Prebendarum iustitiam vinculo choro additi sunt propter quotidianas distributiones. Hæc quia plures occupant difficultates resolvende, ideo in varios paragraphos capitulum distributum.

§. I.

Quanta sit Canonicoꝝ obligatio chorum frequentandi, & qua ratione pfallere, & canere cum aliis debeant, ut distributiones lucrulentur.

I. Animadvertendum primum est, diversas esse cathedralium, & collegiarum Ecclesiarum consuetudines. Nam in quibusdam cathedralibus singulis diebus officium canitur, in aliis non cantus, sed submissa voce perloquitur totum singulis diebus; in aliis non totum, nec in dies singulos, sed tantum diebus dominicis, & festis. Quisque inherere licite potest proprie Ecclesie consuetudini.

II. Quæst. I. Peccat ne letaliter Canonici, siue Præbendati, qui abest a choro absque causa legitima? R. Communis Theologorum sententia est, Canonicos, siue Præbendatos lege teneri ad recitandum officium in choro. Quod colligitur ex cap. fin. dist. xcti. & ex Tridentino sess. xxiv. cap. xi. Qui arctiori vinculo tenentur illi quam Regulares. Quapropter Thomas Tamburinus non excusat a choro Canonicos, si duo tantum essent; quamvis excuset Regulares ob talem parvum numerum. Itaque, si absumt a choro Canonici ultra tempus a lege permissum, dubio procul peccant mortaliter, cum onere restituendi distributiones, si illas perciperint; quia prelati reditus ea lege dantur, ut Præbendati publice divinum officium recitent.

III. Quæst. II. Si absumt a choro animo cedendi distributiones tempore absentia debitas peccant ne letaliter? Resp. Negativam opinionem defendunt Sylvester verb. Hor. q. 11. Caietanus verb. Hor. §. 5. Navarrus de Orat. cap. v. Valentia 2. 2. dist. p. vi. q. 11. punct. 10. Reginaldus Lib. XVIII. n. 176. Barbosa de potest. Episcopi III. Part. alleg. 53. num. 182. Tamburinus Lib. II. in Decal. cap. v. §. q. n. 7. Pellizarius Tom. II. tract. v. cap. vii. sect. 2. q. 1. n. 130. & alii. Quoniam inquirunt, nullus est textus evincens Canonicos teneri sub mortali ut choro adsint. Tota illorum obligatio assidentis choro nascitur ex distributionibus quas percipiunt; ergo, cum his renuntiant, le omni obligatione liberant.

IV. Communior, & probabilior sententia est, prelatos Canonicos peccare mortaliter: tum quod cap. Relatis 61. dist. cap. Si quis Presbyter 92. excommunicationis lubiuctor Clericus non recitans in Ecclesia cum addictus est; tum quia Præbendati non solum tenentur assidere in choro propter distributiones, tamquam mercede conducti; sed postsumum

ob primarium beneficii institutionem. Denique Præbendati obligantur ad residendum in propria Ecclesia sub gravi culpa. Porro quoniam istius residentie finis, nisi chori frequentia? Hanc sententiam defendunt Suarez Lib. IV. cap. x. n. 17. & cap. xiii. n. 5. Bonacina disp. 11. qu. 1. punct. 2. Valquez de Benef. cap. 111. art. 2. dub. 1. n. 182. Castro-palaus disp. 111. punct. 2. Fillucius n. xxiii. cap. vii. n. 207. Salmanticenses tract. xvi. cap. iv. punct. 1. num. 3. Leander. disp. vi. q. xxxiv.

V. Quæst. III. Peccant ne letaliter Canonici qui semel, aut bis a choro absumt absque ulla causa? Resp. Negat Castro-palaus loc. cit. Leander ut probabilium hanc apponitur sententiam, & æque probabiliam ea oppositam disp. vi. q. xxiv. & citat Valquez, Grassium, Bonaciam, & alios: quibus addo ego Salmanticenses tract. xvi. c. iv. punct. 1. n. 5. Mihi arripit iudicium prudens P. Suarez, qui de hac questione talia scribit Lib. IV. cap. xxi. n. 8. & q. Aliqui docti existimant, etiam unus dies absentiam non esse rem gravem, quando regulariter servitium chori diligerent, ac strenue sit. Nam Grassius ait, semel, aut bis desesse in choro, non esse mortale: idemque sentit Sylvester statim citandus, quod certe non videtur improbabile.

Ego vero nolo esse fautor huius licentia, neque in hoc iudicium meum interponere. Nam difficile profecto est in his rebus moralibus in particulari definitum arbitrium proferre: & ideo consulo ut hæc licentia non facile, vel frequenter sumatur: quia est gravis periculum peccandi mortaliter: quæ culpa non excusatur, eo quod distributiones amittantur: quia non excusatur culpa ratione peccati, & quia Ecclesia privat ut servitio illi debitorum istis beneficiis. Hæc moderatio in rebus obviatur quoniam viri docti, qui Probabilissimi fulsime tincti haud sunt: quemadmodum non fuisse Suarez Camargo ostendit. Cum eodem Suarez I. c. non auderem damnare gravem culpam Canonici qui tempore unus horæ abest a choro; dummodo tamen privatim eam recitent, amittatque distributiones.

VI. Quæst. IV. Quomodo Canonici, seu Præbendati cantare, & recitare in choro cum aliis debent, ut distributiones lucrulentur, præceptoque faciatis? Resp. Certum primum est non teneri Canonicos cantu, quem figuratum vocant, perloquere divinas laudes. Quare, dum in magnis solemnitatibus officia divina tali modo canuntur, non tenentur Canonici suam immolare vocem; eo vel maxime

xime quod isti communiter talem canendi formam penitus ignorent. Igitur Canonici, & Præbendati tenentur psallere, & canere officium iuxta ritum ordinarium, & consuetum cuiusque Ecclesie. Quoniam assidentiam corporalem præstare, nihil recitantes, seu vocaliter dicentes, non satisfacere præcepto, nec acquirere distributiones. Siquidem non ideo Canonici instituti sunt, ut in choro se tanquam stamas, & stupidos truncos præbent, sed ut Deum laudent, popululmque devoto cantu in Deum excitent. Idque clare in iure habetur, & præcipue in Tridentino sess. xxiv. c. xii. & sess. xxii. c. 111. ubi iubet ut unusquisque personaliter competens tibi servitium iuxta formam ab Episcopis præscriptam quolibet die statuto impleat.

VII. PP. Salmanticenses l. c. n. 5. afferunt, consuetudine invecata maxime in Hispania, Canonicos, seu Beneficiarios non teneri per se in choro psallere, seu canere; sed tunc munerii facere satis, & distributiones lucrari assidentio, suaque officia præstando psallentibus ministris, & Capellanis. Quæ consuetudo, inquit, nullam præsert interdicendam; sed magis decorem, splendoremque. Pro qua opinione citant Reginaldum, Sanchez, Pellizarium, Aragonium, Ledemann, Suarez, Bonaciam, & alios. Hæc opinio falsa est, & scandali plena, urbe, & orbe exterminanda.

VIII. Ex tali consuetudine inferunt plures ab istis Salmanticensibus laudati, Canonicos lucrari distributiones, & satisfacere obligationi, etiam si nihil canant, aut recitent, etiam si divinis officiis non attendant, vel voluntarie sint distracti interius, vel etiam exterius confabulando, legendo, dormiendo (quamvis peccent mortaliter sic indebitè assidentio, saltem si non recitent postmodum privatim) quia vere assident, licet indebite: ergo distributiones assidentibus debitas lucrantur. Pro hac opinione citant Cordeubam, Garciam, Medinam, Martinum a S. Ioseph. Quin addunt ex Sanchez, Pellizario, Martinoque a S. Ioseph, quod, licet Canonici privatim non recitent que in choro non recitarentur, adhuc distributiones quotidianas lucrantur. Pro priore opinione laudant etiam P. Franciscum Suarez Lib. IV. c. xiv. n. 12. ubi hæc scribit. Propter hæc esse valde probabile non excusari a culpa mortali Beneficiarios qui choro intersunt sine proposito illi orandi, vel attendendi; sed tantum cantandi materialiter, vel assidentibus, ne lucrum amittant. Non est tamen hoc certum, sed satis

dubium, quando habent propositum, & usum privatim recitandi. Sententia sapientis Suarez hæc est. Si aliqui Canonici iuxta obnoxii distractionibus, & evagationibus mentis, ut propter diurnitatem vereantur nec videntur damnandi mortaliter culpa; si privatim attente officium, & eo quo possunt modo, five etiam distracte interius recitent. Sic ipse semetipsum explicat num. 13. Quando in exteriori modo assidentibus, vel canendi in choro nulla datur illis offensio, neque ponitur impedimentum attentioni, & interior attentio omnino, non ex contemptu, sed ex quadam negligentia, vel remissione animi, propter diurnitatem, cum proposito iterum legitime recitandi, non facit damnanda esse illa culpa ut mortalis. Quantum hæc docti Theologi doctrina dilatat a laxa opinione pro qua illum citat Salmanticenses, nemo non videt. Requirunt autem vel idem Salmanticenses laxissimam opinionem illam que asserti, Beneficiarios distributiones quotidianas lucrari, etiam si choro assident, legendo, dormiendo, confabulando: quia ista distributiones non conferant nisi ob assidentiam humanam, que in Dei cultum cedat, & populi devotionem. Porro eiusmodi assidentia dormitionem, sicut, confabulationibus profanata non in cultum, sed in contemptum Dei, popululmque scandalum cedit. Ut paucis rem expediam, Canonici seipsis recitare, & canere, psallere in choro debent. Non consuetudo, sed corruptela gravissima illa est qua ministrorum voce sua implere onera contendunt. Eo ne spectat Canonicatum institutio, ut Canonici statuarum in choro vices gerant? Quam sunt contemptendi Casuiste illi quos vanis opiniunculis, tam horrendos abusibus honestare minime pudet!

IX. Quæst. V. Satisfaciunt ne suo obligationi Canonici qui suam officii partem ita submissa voce recitant, ut ab altero choro non audiantur? Resp. Adfirmant Sanchez, Garcia, Diana, & alii precedenti questione citati. Verum probabilior sententia docet, illos non satisfacere præcepto assidentis choro, nec distributiones quotidianas acquirere. Quia hæc distributiones illis conferuntur qui choro intersunt; at qui psallunt, ut non audiantur ab altera parte, choro non intersunt: quia sic recitare perinde est ac doctum officium privatim perloquere. Hæc defendunt Azarius Lib. X. cap. xi. quæst. v. Lessius Lib. II. de iustis, cap. xxxix. dub. 33. Reginaldus Lib. XVIII. n. 175. Leander disp.

disp. vi. q. xxxviii. & penes ipsum Beia, Squillante, Marchinus, Suarez, Navarrus, Bonacina, Sotas, Grassus, plerumque alii. Hinc sequitur, neque dimidiam distributionum partem respondentem dimidiate recitationi prelati Pontificibus acquirere: quia illa dimidiam recitatio privata est, non publica, qualis requiritur ad implendum preceptum frequentandi chorum. Illi vero Canonici qui in clara voce suam partem pronuntiant, ut ab altero choro audiantur, vel audiri possint, acquirunt distributiones, preceptumque implent, etiam illi attentione adhibita nequeant alterius partis percipere versus. Neque illi tenentur privatim repetere, ut inquit Suarez Lib. IV. cap. xlii. a. n. 8. *Quod autem non debeat Canonicus repetere, aut suppletoria ea que non percipit, colligi potest ex eo quod esset illi magnum onus denovo, post tot onera que habet &c.* Verum vix in praxi hoc accedere autumo. Vix enim fieri potest ut aliqui saltem alterius partis non audiantur. Quod si contingeret ut una pars nihil omnino perciperet eorum que recitarentur altera parte, non adeo facile abolyerem a repetitione. Onerosa utique repetitio: sed quod ob hominum malitiam, & pravitatem onera, & gravamina lubire non tenentur? Sed, ut dixi, vix in praxi hoc contingit. Distributiones tamen acquirunt, quia per ipsos non fiat quod divinum officium rite celebretur, & recte. Dum musici canunt aliquam horam, debent Canonici submissa voce eam recitare: & consultus esset ut ante musicam, vel post, prout opportunum fuerit, ipsi Canonici in choro recitarent de more que a musicis de divino officio canenda sunt.

X. Quæsi. VI. *Quid prescribit Concilia de modo Canonici, & prebendati tenentur implere preceptum assistendi choro?* Resp. Post relatas Theologorum sententias lubet aliqua Conciliorum decreta isthuc transcribere. Et quævis Concilia referenda, non sint ætæternica, non idcirco tamen parvi faciendi sunt. Non pauci Calistularum auctoritates alicuius Synodi dicebantur, vel provincialis majori aucti respunt, ac si eient opinioniones cuiusdam privati Probabiliste: cum tamen decreta Synodorum quarumque, que morum doctrinam explicant, pluris habenda sint quam nostrorum iuniorum placita. Quippe Synodis omnibus ab Episcopis quos Deus poluit regere Ecclesiam suam, legitime congregatis peculiariter Spiritus sanctus assistit; non ea quidem assistentia qua assistit summis Concilio generali ab

eisdem Pontificibus congregato, vel approbato, ne unquam erent; sed de seculari quadam protectione, quam imperitii solet suis ministris, quos elegit ad regendam Ecclesiam suam. Quare eiusmodi Synodi que solent a summis Pontificibus approbati, magna polletere auctoritate, plurimique faciendia esse quam recentiorum Calistularum placita, nemini dubium esse potest. Verum hæc obiter didicimus. Nunc transcribam nonnulla decreta synodalia isthuc pertinentia.

XI. D. Carolus Borromeus II. Part. tit. xxxiii. *Qui dignitates, inquit, aut personatus in Ecclesiis admodum, & Canonici, nominis, ac institutionis sua memores, ea pietate, & assiduitate divina officia colere debent, ut alii eorum exemplo ad simul, & amorem divini cultus accendantur. Inque auctoritate etiam Concilii Tridentini præcipimus, cum in choro psallendum est, ipsi quoque quantum honoris gradu ceteris præstant, tanto studiosius psalmis, hymnis, & canticis una cum aliis modulantes Dei laudes celebrent. Cui officio si defuerint, pro absentibus habeantur; & earum horarum quas ea ratione non obtinent, distributionibus multentur.*

XII. Concilii Burdigalensis anno 1583. celebrati decretum, quod refert Natalis Alexander Lib. II. art. 2. regul. 14. hæc prescribit cap. viii. *In choro colloquia nulla permittantur; sed omnes pie, ac devote divina cultui sunt intenti. Qui contra fecerit, nisi monitus quiescat, privetur eius horæ distributione, vel graviore pena multetur. Dum psallitur, Canonici omnes, & Sacellani, nisi per ignavetudinem, aut aliam legitimam causam impediuntur, psallant, nec maneant in suis sedibus otiosi; neve patenti se officio functos, si vicaria tantum opera cultum divinum celebrari vident, preces, & divina officia, non cursum, & festinant, sed devote, attentè, & graviter in choro canere recitent, perpetuo memores monende illius prophete sententia: Maledictus qui facit opus Dei negligenter.*

XIII. Similia præcipit Concilium Turonense eodem anno 1583. celebratum cap. xiii. *Cum in choro fuerint, gravitatem servent, quas locis, & officium exigunt, non inter se, aut cum aliis confabulantes, seu colloquentes, non dormientes, aut litteras, seu scripturas alias legentes. Cumque psallendi gratia ibidem considerant, muta, aut clausula labia non teneant; sed omnes, præsertim qui maiore funguntur honore, in psalmis, hymnis, & canticis Deo altèriter modulentur. Non modo*

modo Canonici a psallendi munere non eximuntur, verum etiam potiore iure, quia maiore honore sunt ornati, alitringuntur.

XIV. Concilium Mediolanense IV. part. II. cap. xiii. hæc statuit. *Quicumque, dum alicuius state hore officium in choro peragitur, Missam celebrando, tum a choro abfuerit, illius hore distributionis tanquam absens participes ne sit, ut a sancta Sede apostolica declaratum est: id vero nisi pro absentia Sacerdotum qui in Ecclesia tunc Missæ sacrificium faciunt, necessitas aliquando incidit, ut Presbiterus Canoniarum aliquem Sacerdotem e choro exire, a Pateque hore officio abesse, Missa celebrande causa iubeat; aut nisi a Sede apostolica aliter concessum fuerit.*

XV. Concilium Basileense sess. xxi. cap. xiii. hæc regulam tradit. *Nemo, dum hore in communibus publice cantantur, legat, vel dicat privatim officium: nam non solum obsequium quo obnoxius est choro, subtrahit, sed alios psallentes conturbat.*

XVI. Concilium Provinciale Florentinum celebratum anno 1573. sub Archiepiscopo Antonio Altovitia hæc prescribit rub. xvii. cap. II. *In dignitatibus aut canonicatibus constituti, ceterisque Ecclesiarum servitiis addicti, hore hore attente divinis adfuit officii; nec tunc vagentur per Ecclesias, neve a choro distendant, nisi præterea absolvi, aut aliqua compulsi necessitate: in choro, propriis quibusque sedibus, consistent, CONCORDI VOCE, & corde psallant simul omnes; debitis opportunitatibus adsurgant, sedent, genuflectant, capita desegant, & nihil alienum divinis miscant; privatim officium non recitent, litteras non legant, non colloquantur. Si vero aliqui in his offenderint, quas præcipiuntur, distributionibus careant, aliterque pro culpe gravitate corpiantur.*

XVII. Tandem S. Antoninus Part. II. titul. ix. cap. xii. inter negligentias in persolvendis horis canonicis occurrentes hæc enumerat. *Præterea (inquit) negligentia est, quando psallentibus aliis canendo, vel legendo, quis vellet illo tempore dicere alias horas privatas submisit, plures horas per se citius dicens: hic quodammodo furtum facit. Nam furtum committit qui re alterius utitur contra voluntatem ipsius. Cum autem voluntas Religiosæ sit in manibus Prælati, & Prælati vellet sublatum cum ceteris persolvere horas, ut necesse sit, & concertat cum aliis, proprio arbitrio eorum subtrahat, ut suavoratione dicat, furtum committit, nec Deo placet. Unde Bernardus: Ingratum est Spiritui*

sancto quidquid obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. *Nec est sufficiens excusatio, si quis dicat, se non habere vocem bonam ad adiuvandum chorum: quia & in templo Domini erant vasa non solum aurea, & argentea, sed etiam ænea, & omnia Domini opera suo modo benedictum Dominum; & suis vocibus non solum psalterius, & cygnus, & phylomela, sed & canis, & asellus, & cicada. Plura alia Synodorum decreta referunt Natalis Alexander, & Franciscus Genet Tom. II. cap. vii. & x.*

XVIII. Ex his luculentè colligitur, Canonicos, & Prebendatos debere in choro nedum corpore præsentem esse, sed mente & animo, suisque labijs Deum laudare. Nec obligatio laudandi Deum solum conventum frequentantium chorum ipsest, sed singulis afficit: quia singuli præcipiunt distributiones, singulique choros percipiunt, non ut loco statuarum ibi sint, sed ut Deum laudent. Quare mihi haudquaquam probatur contentio illa, ut supra dixi, quia Canonici aliena tantum voce chori officium persolvunt. Excepi, dum in magnis solemnitatibus cantu figurato, quem vix eorum aliquis callet, officium celebratur. Consecuto tempore laudata, seu corruptela, & Ecclesie intentione, tot canonium voce expressa, & communis sensu adverterat. Quid enim vero magis rationi contrarium quam alicuius professionis præcipuos magistrus otiosos in eadem esse, inerte, & ab exercitiis? Chorum frequentare tenentur; & ab exercitiis sunt? Si silentio chori preceptum non impletur; qui fieri potest ut multi illi Prebendati precepto facti satis? Sed canunt, iniquum recentiores, per Mansionarios, Capellanofque. At omnes frequentandi chorum, perloquendique officium, Canonicorum personas afficit, & sicut per alios residentia, & presentia suppleri nequit, ita neque debuit recitari officium. Sicego sentio, canoniam auctoritate, & ratione fretus; & contrariam opinionem inter paradoxam Castilianam reitico.

XIX. Postquam hæc scripseram, sapientissimum Pontifex BENEDICTUS XIV. laxam opinionem profigavit in sua Constitut. *Cum semper, que extat in eisdem Bullarum Tom. I. n. 107. pag. 366. sub finem §. 24. Equidem incimus in aliquibus metropolitans, & cathedralibus Ecclesiis inter Canonicos, nonnisi eam opinionem invaluisse, ut se manus suam satis implere contentant; dum choro præsentem assunt, licet ipsi*

sibi silentium imperent, neque plallentibus Beneficiis, aut Mansionariis in cantu se adiungant. In huiusve opinionis confirmationem adduci ab iisdem solent inventeratæ consuetudines, statuta peculiaria, aut etiam prætena Ecclesiarum suarum privilegia. At quem Synodus Tridentina *sess. xiv. c. xii.* loquens de Dignitatibus, & Canonicis, qui choro interesse debent, unum ex eorum officis esse dicat, in *choro ad plallendum instituto, hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, distincte, & devotè laudare*; quumque pauca omnino sint Capitula in quibus eo modo a Canonicis in choro assidentur, ideoque recepte in universa Ecclesia disciplinæ paucos illos aditari designatur; quam insuper opinio illa nunquam in Congregatione Concilii Tridentini interpretati præposita, examinata sit, quin statim explosa fuerit, & improbatæ; quamvis præsumptis consuetudinibus, aliisque fundamentis, & rationibus iniuxa perhiberetur, Canonicis etiam Ecclesiarum patriarchalium huius nostræ urbis super hoc instantibus; quum denique idem iudicium prolatur reperitur a pluribus Conciliis provincialibus, ab hæc etiam apostolica Sede approbatis & confirmatis: nihil iam reliquum esse videtur, quominus pauciores univerforum legi se accommodent. Equidem minime nobis compertum est, quo peculiari titulo insulti persuasum habeant unum de alterius Ecclesie Canonici se muneri suo satisfacere per simplicem in choro assilientiam absque divinæ plalmodiæ cantu.

Verum, nisi illis præsto sit apolliticum, non præsumptum, vel abrogatum, sed legitimum, ac vigens privilegium, five indultum; iure ac merito verendum est ne illi, dum ita se gerant, præbendam, ac distributionum fructus minime suos faciant, & consequenter ne ad eorum restitutionem teneantur. Quapropter vestrum erit venerabiles Fratres, hæc omnia illis aperire, ut neque nobis, neque vobis apud divinum iudicem fraudi sit, si in huiusmodi re, quæ tanti est momenti, utpote quæ ad ipsius Dei cultum proxime spectat, abusus & corruptelas, quas arguendo, & increpando evellere debeamus, dissimulatione, ac silentio nostro fovisse, & confirmasse inventuram &c.

XXII. Bene, & recte, inquit, At Pontifex summus sitem minime definit; sed sub iudice illa reliquit. Quippe concludit hoc pacto. *Iure ac merito verendum est ne isti, dum ita se gerant, præbendam, ac distributionum fructus minime suos faciant.* Audistis? *Verendum, non deservendum* ait Pontifex. Porro nihil nos *vererim* Casularum nostrorum auctoritate sulci. Sic in re gravissima negantur, & cavillantur cæci homines. Nam revera documenta luculentissima quæ Pontifex summus præmittit, necessario inferuntur, mutationis nostræ consuetudo. Quid plura? Deliria hæc fundebant Canonici Probabilissimi præsi-

erentes, & tam luculentis documentis autem occultentes, etiamnum in depravata corruptela oblinati persisterent. Doctissimus Pontifex primum omnium sibi opponit consuetudinis larvam, vi cuius a cantu exemptos nullarum Ecclesiarum Canonici se se iactant. Consuetudinis istius spectrum expolit Pontifex summus sacrosancti Concilii Tridentini sanctione allegata. Addit, sacram istius Concilii Congregationem Romæ erectam, putidam hanc consuetudinem, atque laxissimam Casularum opinionem hanc toties improbase, quoties eidem proposita fuit. Sub examen revocatae fuere obiectæ consuetudines, rationes, & fundamenta, quibus nixa perhibebatur improbatæ opinio; & omnia tanquam lutilia, vana, & inepta reiecta fuere. Tandem concludit Pontifex summus, hoc idem iudicium plura Concilia provincialia ab ipsa apostolica Sede approbata pronuntiasse adversus præfatam opinionem.

XXI. Que cum ita se habeant, quo se recipere Canonici in choro obstruenteles possint, non video. An ad patrocinium *Bonacine, Sanchez, Pellizarii, Ledesma, Solmanicenses*, similibusque Moralitarum confugient? Hos ne constituit Deus regere Ecclesiam suam? Istos ne homines Concilio Tridentino, Conciliis provincialibus a Romana Sede confirmatis præteritis? Pluris ne homines istos facies quam sacram Tridentini Concilii Congregationem, quam Pontifex summus BENEDICTUM XIV. his verbis *Episcopos omnes alloquentem? Quapropter vestrum erit, venerabiles Fratres, hæc omnia illis aperire, ut neque nobis, neque vobis apud divinum iudicem fraudi sit, si in huiusmodi re, quæ TANTI EST MOMENTI, utpote quæ ad ipsius Dei cultum proxime spectat, abusus, & corruptelas, quas arguendo, & increpando evellere debeamus, dissimulatione, ac silentio nostro fovisse, & confirmasse inventuram &c.*

XXII. Bene, & recte, inquit, At Pontifex summus sitem minime definit; sed sub iudice illa reliquit. Quippe concludit hoc pacto. *Iure ac merito verendum est ne isti, dum ita se gerant, præbendam, ac distributionum fructus minime suos faciant.* Audistis? *Verendum, non deservendum* ait Pontifex. Porro nihil nos *vererim* Casularum nostrorum auctoritate sulci. Sic in re gravissima negantur, & cavillantur cæci homines. Nam revera documenta luculentissima quæ Pontifex summus præmittit, necessario inferuntur, mutationis nostræ consuetudo. Quid plura? Deliria hæc fundebant Canonici Probabilissimi præsi-

vero

vero Pontificem prudentissimum aque ac doctissimum novam non protulisse definitionem: quid inde? An denuo definiendum erat quod toties a pluribus Conciliis definitum Pontifex declarat? An concepis verbis non testatur Pontifex summus, Concilium Tridentinum præcipere ut cum ceteris Canonici plallant? An non lubdit Pontifex semper a Congregatione Concilii exploratum fuisse præfatam opinionem? An non reperit Pontifex summus plura Concilio provincialia a S. Sede confirmata eandem improbare opinionem? Tandem non ne compertum est, & ipsum Pontificem summum doctrinam illam improbare quam iplo teste improbat Concilium Tridentinum, Congregatio eisdem Concilii, & tot Concilia provincialia ab apostolica Sede confirmata? Hæc omnia perspicua, splendida, inconcussa. Et hæc omnia tibi satis non sunt? In tot documentorum conspectu super una voce *verendum* cavillaris, rixaris, ineptis?

XXIII. Urget dubio procul hæc que hæcæus dicta sunt. At non heinc conlequitur damnatam esse opinionem nostram. Probabilis ergo remanet, utpote quinque aut sex Theologorum auctoritate sustulata. Si probabilis, ergo licite, & secure demandare illam executioni valeamus: qui enim probabiliter agit, prudenter agit, ut commune fert axioma. En quam verum sit, venesicum illum *Probabilissimi* abulum univerfam inficere morum Theologiam. Quamquam semper explosa fuerit a Concilio Tridentino Congregatione opinio isthæc; quamquam tot Concilia provincialia, & ipsa apostolica Sedes eandem reiciant, non propterea a gradu excedit probabilitatis? Sola Vaticana excommunicationis fulmina cervicis deprimit Probabilissimi? Nisi hæc tela ingulum petant, rationibus, tamen luculentissimis, haudquamquam acquiescunt Probabilissimi non pauci.

XXIV. Audivi ipse perignissimæ Ecclesie Canonicos similia efutientes. Laudata Concilia inbeant, ut iis in Cathedralibus in quibus tam pauci sunt Mansionarii, Beneficiarii, & Clerici, ut laudabiliter preces perlovi divine nequeant, Canonici quoque plallant. Actum in nostra Cathedrali ingens sit Clericorum, & Mansionariorum numerus, hi soli dignè, & valde decenter divinas celebrant laudes. Canonici vero sui præsentia, atque silentio religionis cultum, officiumque decorant. Varietate quoque silentii, & cantus splendet Ecclesie disciplina. Accedit inveterata Cathedralis nostræ consuetudo. Quid plura? Deliria hæc fundebant Canonici Probabilissimi præsi-

gis obducti. Siquidem in eadem pulcherrima civitate nonnulli Theologi Probabiliter in tam erronea confirmatam opinionem Canonicos ipsos. Et quia illorum unus, doctrina, zelo, morumque probitate clarissimus, quique unus episcopali fuit dignitate, religioni sibi verebatur in choro silentium, adeoque una cum Mansionariis elata voce canebat, peccare eum mortaliter effutiebant laudari Probabiliter. Ecur? Quod laudabili consuetudine se se opponeret: quod consilium, perturbationem, & dissidia inter muros Canonicos diffeminaret: quod depravata eorum consuetudine non consentiret. Incredibilia hæc videntur, sed veritate test mihi manifestissimæ, quas propriis auribus audivi.

XXV. Monstro, & horrendi quæ recentibus, commenta ipsis, ex iis que dixi, conantur. Concilium Florentinum sub Archiepiscopo Alrovita celebratum non parvo, sed amplissima Ecclesie fure Canonicos alloquitur. Summus Pontifex Benedictus XIV. non de parvis, sed de metropolitanis Ecclesiis loquitur: istarum antiquas consuetudines reititit: Pericula ergo est recentia Ecclesiarum parvarum distinctio, quod attinet ad plallendum debium.

XXVI. Paucis rem expediamus. Pluribus faciendæ una sola Synodus provincialis, potissimum a Sede apostolica confirmata, quam centum Casulæ contrari. Non una, sed plures Synodi provinciales, sacra Concilii Tridentino, Pontifex summus improbat Canonicoꝝ in choro silentium, ceteris canonicis: illud damnat communis omnium graviorum Theologorum auctoritas: illud tandem damnat ratio. Pii fideles bona sua Ecclesie donarunt, ut Ecclesiæ illi a mundi negotiis searunt, Deum inter & populum mediatores constituti, divinas celebrant laudes, Deumque placabilem populo reddant. Ideo ne fideles bona sua elargiti sunt, ut Canonici stantus, truncos, supitrelque in choro agant? Si tu soluto pretio adytorum destinaves, ut apud Principem cavillam ageret tuam, illumque propitium tibi efficeret: si non ne ille funderetur officio, si nullo ad Principem pro te verbo facta, tanquam statum te Principi fideret? Quinam huius chori? Plalmodia, qua Deus laudatur. Ideo ergo adesse choro debes, ut plallas. Ergo, te non plallente, corporis præsentia ludice est. Peccas, si corpore abhis: ergo potior iure peccas, si ore taces.

XXVII. Hæc omnia tam evidenti sunt, ut vel ipsos illuminare cæcos valeant. Quare non rationibus amplius disputandum, sed pre-

cius potius orandum ut Deus tenebras dispellet erroris. Non modo omni probabilitatis gradu caret opinio confutata, sed scandali plenissima est, & futilitatis. Hinc collige quam merito cavendum a non paucis Casuistis fit, qui talia opinionum portenta propugnare non erubescunt, etiam postquam summus Ecclesie Pontifex tam luculenter corruptelam reiecit. Maxima illius moderatione, cautioneque abutuntur. Nihil apud illos valent rationum momenta, nihil Conciliorum decreta que allegavit Pontifex, qui maluit ventris offensione convincere, quam solius auctoritatis gladio in servitutem redigere fuditorem mentes. Verum ne pluribus te detineam, scias velim, eos omnes viam percurrere damnationis qui nullam ut improbabilem, erroneamque reiecit opinionem volunt, nisi fit anathemate confixa. Non disputandum contra istos est, sed orare pro illis debemus.

XXVII. Grates interim referenda. Deditur, quod Sapientissimus Pontifex BENE-DICTUS XIV. novum alia diploma edidit, quo causam nostram extrinseca dispositionis modo, verum etiam cavillationis adulge aliam constituit. Breve illud est ad Eminentissimum Cardinalem Delphinum Patriarcham Aquileiensem datum, quo suam laudatam Constitutionem *Cum Super oblatas* confirmat, & roborat, occasione quorundam privilegiorum, quae inigni Capitulo Ecclesie cathedralis Veronenis benigne impertit. Si quidem post privilegiorum concessionem hac adiecit Pontifex Maximus in hoc Brevi, cuius initium est, *Dilecte Filii ... Praeclara decora &c.*

XXIX. Porro nolimus inter tot tantaque privilegia eidem Capitulo, & Canonice concessa, numerandum esse illud quod, quemadmodum Tibi, aequè ac Nobis notum est, antiqua traditione contra sacrorum Canonum sanctiones, ac nostram praesentem Constitutionem, cuius initium est, *Cum Super oblatas*, in vectum ab ipsis Canonice, non modo contenditur, sed etiam servatur, intercessendi dumtaxat etiam, & cum ceteris Mansionariis, Capellanis, Acolythis, & Clericis canentibus, placentibusque adfidentibus, nunquam vero cum iidem tenendi, placentive, aut nonnullos eorumdem esse accipimus qui alteris sententes a conscientiae angoribus agitantur ex eo quod ea propter se non fecisse fructus suos existimant. Itaque a Te, dilecte Fili noster, pollicemur, & aspiramus, ut non solum huiusmodi ABUSUM, ET CORRUPTE-

LAM ab ecclesiastica disciplina absomam, & canonicis ordinationibus, ac nostrae quoque Constitutioni contrariam penitus evellere, & eradicare adnitaris; verum etiam ipsos suaviter, fortiterque admonere, & hortaris ut imposterum ea qua decet, & reverentur, reverentia choro intersint, adstantque, nec non pari pietate, attentione, ac vigilantia omnino canere, vel psallere cum ceteris studeant, & contentantur. Deinde iidem edicas, & notum facias, Nos, quemadmodum per haec nostras in forma Brevis literas Tibi declaramus, & iniungimus, decernere, arguaturque, sicut in eadem Constitutione nostra innuimus, ipsos, si volue successores Canonicos, choro quidem interelentes, adfidentisque, minime vero canentes, placentive, NULO PACTO ex praesentibus, & distributionibus facere fructus suos, atque adeo RESERVATIONI obnoxios esse, ac fore. Verum cum is qui hac super re conscientia stimulis acti ad Te contingerit, benigne indulgentis, Tibi facultatem tribuimus, & impertimus, ut si ve per Te ipsum, si ve per alios a Te deputandos, unquamque Canonice qui se in canendo, placentive in choro cum aliis defecisse animadvertit (dummodo promittat se deinceps omnino curatum ut in choro & praesens assistat, & cum aliis canat, psallat, & resolutionem a culpa, & ab omnibus fructibus inde perceptis dispensationem obtinere possit, & valeat. Ceterum volumus, & mandamus ut nulli eorumdem Canonice, qui licet praesens in choro assistat, tamen minime canat, psallat, & frangatur huiusmodi indulgia, ac privilegia, quae unicuique moderno, & pro tempore existentium Canonice; ad tuorum meritum intuitum per eadem praesentes literas concedimus, & elargimur. Ceterum Te, dilecte Fili noster, rogamus, & in Domino hortamur, ut iidem studis quibus Nos, supplicationibus tuis inclinatis, eisdem Canonice novis apostolice benignitatis, auctoritatique privilegia anximas, nostris, tuisque rationibus Pastorum Principi Iesu Christo aeterno iudici reddendis, satisfaciendum cures; & abusu, & corruptela huiusmodi penitus sublata, divinum cultum per divina psalmodiae cantum promovere, & augere satagas, ut non minus ipsi Canonice quam Nos ipsi vicem aeternam mercedem a bonorum omnium largitore Deo consequi mereamur. Interim caelestis pra-

315

fidi auspiciis, & studiosae nostrae ad tibi gratificandum voluntatis pignus esse cupimus apostolicam benedictionem, quam Tibi, dilecte Fili noster, & iidem Canonice peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Maiorem sub anno Piscatoris die XIX. Ianuarii MDCCXLVIII. Pontificatus Nostri anno octavo.

XXX. Quae nunc ad effusum rima superest? Nulla sane. Qui olim cavillabantur *verendum est ne ipsi faciant fructus suos*, audivant nunc *nullo pacto facere fructus suos*, sciantque restrictioni esse obnoxios, & tandem quoscumque oppositam opinionem, & consuetudinem ab usum esse, & corruptelam ipso summo Pontifice teste. Hinc quoque dicant mollioris Ethices asserores, doctiores in posterum esse, atque simpliciores in interpretandis excipiendisque apostolice Sedis constitutionibus: Nullum quippe diploma, quantumvis periculum, iuculentumque, consiliet, si topiasta commentator accedat.

XXXI. Quae VII. Quibus penis obnoxii sunt Praebendati, seu Canonice qui absque legitima causa a choro absint? Resp. Duplex illis pena constituta est. Prima, qua ipso facto privantur quotidianis distributionibus, ut decrevit Bonifacius Papa VIII. *cap. unico de Clericis non residentibus in 6.* ubi sic habetur: *Qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam exceperit... rerum sic receptionem non dominum nos accipiat, nec faciat, usque in unum ad omnium restrictionem, qui contra nostram huiusmodi constitutionem receperit, reoveat.* Idem statuit Tridentinum *sess. xxv. cap. 11.* Cui privationis, & restitutionis post acceptance obnoxii sunt praefati Canonice iudicis sententiam, ut supra dictum est. Altera pena ex Tridentino est, quod Praebendati qui ultra tempus a lege permittunt absint a choro pro primo anno, primaque vice spoliandi sunt fructuum beneficio medietate: quod si perlexerint in negligentia, & accidia, omnibus beneficii fructibus privati debent. Denique si fuerint contumaces, ipso beneficio spoliandi sunt.

§. II.

Quibus applicanda sunt distributiones quas qui a choro absint, perducunt?

I. Concilium Tridentinum *sess. xxi. c. 11.* & *sess. xxiv. c. xi. de refo.* statuit distributiones amissas ab absentibus absque legitima causa dividendas inter praesentes esse:

quod rationi congruum est: quia praesentes, alios absentibus, plus defatigant. Si ergo ex aliorum absentia plus incommodi sentiant, convenit ut & maius commodum percipiant. Quod intelligendum est, nisi statutum, aut consuetudo peculiaris aliud statuat. Excipiendae quoque sunt ipsius Tridentini *statuto sess. xxii. cap. 11.* distributiones debite extraordinariae, quae percipiuntur a persona constituta in dignitate. Haec liquidum non praesentibus debentur, sed fabricae, vel cui Ordinario placuerit. Solae ergo distributiones ordinariae, annuae ob defectum absentiae, dividi inter praesentes debent, secus versillae quibus Canonice, seu Praebendati privantur ob aliquod crimen, ob excommunicationem, vel interdictum. Tales namque distributiones Ecclesiae fabricae, si egeat, vel alteri pro loco applicandae sunt, ut communitur Auctoritates docent.

II. Quae I. Qui legitima causa a choro absint, acquirunt distributiones, non modo propriae praesentibus debitas, sed eas etiam quae ex alia abique causa absentibus accrescunt? Resp. Admittant aliqui; sed probabilior, & communior sententia negat. Quia nullum vis reperitur quod hoc privilegium impertiat legitima causa impeditur, ut nempe absentium abique causa distributionum participes fiant. Satis quippe est quod privilegio potiantur acquirunt sine quae propria praesentia debite sunt. Neque praesumi potest privilegium, quod in divini cultus diminutionem cadit. Ita docent *Catropalpus disp. 111. punct. 8. n. 8.* *Bonacina disp. 11. quest. 17. punct. 1.* *Salmanicensis tract. 111. cap. 17. punct. 2. n. 11.* & alii. Quod si alicubi obtinet consuetudo opposita, eidem standum est. Porro si omnes Praebendati propria culpa absint, aut ob interdictum latum in ipsum Capitulum; distributiones applicandae sunt Ecclesiae, vel alteri pro loco, prout magis opportunum fuerit. Si vero omnes inculpate absint, vel quia diviti Ecclesia est, aut ob infirmitatem, vel aliud legitimum impedimentum; tunc ipsis Praebendatis applicandae sunt, quia abique culpa non infirmitur pena.

III. Quae II. Praebendati praesentes iure non valent absentibus absque causa remittere distributiones, vel donare, aut de eisdem cum illis transigere? Resp. Concilium Tridentinum, ut omni efficitate induceret Praebendatos, & Canonicos ad chorum frequentandum, omnem conventionem, collisionem, mutuanque remissionem vetat. *Sess. xxiv. cap. 11. de refo.* *Distributiones vero, qui* statit

stari horis interfuerint, percipiant reliqui, quavis collusione, aut remissione excusa, his careant. Terminorum explicatio nec clarum efficit. Collusio est mutua debitorum condonatio, siue expressa, siue tacita. Donatio illorum est quae possidet, quorumque dominio potitur. Remissio dicitur eorum bonorum quae alicui debentur, eo quod ad illa habeat. Omnia haec Tridentinum prohibet fieri. Disputant Theologi, num Tridentinum ita haec prohibeat, ut sint invalida, nedum illicita. Negant Navarra in *Manuale. cap. xxv. num. 153.* Sylvelter *verb. Benef. q. 111.* & alii. Sed affirmans sententia probabilior est, quam defendunt Bonacina, Suarez, Pellicanus, Salmanticenses *tract. xvi. c. iv. punct. 2. n. 12.* & 13, ubi advertunt, hoc intelligendum esse non modo de amittendis in posterum, verum etiam de amissis propter defectum absentiae. Quia Concilium omnem collusionem, remissionem, & donationem excludit, ut omnis spes tollatur absentibus percipiendi quacumque via distributiones, quibus privantur ob absentiam. Idque clarus colligitur ex declaratione sacrae Congregationis, quam refert Garcias III. Par. cap. 18. num. 431. *Nec fas sit cuiquam eas accipere. & si accipiat, suas non faciat; sed restitueret cogatus, illico distribuendas fabricae Ecclesiae, quatenus indigeat, aut alicui pio loco arbitrio Episcopi.* Nec officit quod quidam iuniores obiciunt, praecipuum odiosum esse; adeoque strictè interpretandum de distributionibus dumtaxat amittendis, secus de amissis. Quoniam licet odiosum sit praecipuum ipsis reis absentibus, faveat tamen divinum cultui, faveat chori frequentiae, quam omni via promovere Concilium intendit, omnemque praetextum, & aniam absentis auferte.

IX. At namquid illicita erit donatio praefatarum distributionum? Minime. Quilibet licite sua donare valet: nec licitam, genuinamque donationem Concilium vetat. Quare Praebendatus perceptas distributiones quas se possidet, qui voluerit, donare potest. Apte possessionem, cum solum ius ad illas habeat, remitteret, non donaret. Remissio autem vetita a Concilio est: remissio, inquam, facienda Praebendato ob absentiam distributionibus privato; secus cuique alteri pauperi, vel Ecclesiae facienda. Cavenda tamen collusio, etiam tacita, est. Nam si praebendatus, seu Canonici abentes mutuo sibi distributiones perceptas donarent; ex tacita quodam collusione ipsa donatio illicita, & invalida foret ob implicitam collusionem prohibitam a

Concilio. Quare donatio haec inter Praebendatos semper suspecta est, periculosa plena. Qui liberalitatis virtutem exercere cupit, doctet pauperibus indigentibus, Ecclesiae, piumque locis. Cum vero his est, & dubium, cumquam distributiones debeantur; transactio super his ad tollenda dissidia, & lites optima, nedum licita, erit.

§ III.

De causis excusantibus Praebendatos, seu Canonicos a chori frequentia, quae distributionibus amittant.

I. Tres in iure habentur designatae causae, quae excusant Praebendatum a chori frequentia, quin ullam subeat poenam amittendarum distributionum. Causas istas definit Bonifacius Papa VIII. *cap. ius. de Cleric. non resident.* Prima est *infirmetas*; secunda *infirmetas corporis necessitas*; tertia *extrema evidens Ecclesiae utilitas*. Qui abint choro ob quodlibet aliud impedimentum, etiam legitimum, puta ad succurrendum propriae familiae, ad exercendum aliquod pium opus, amittunt distributiones. Explicanda nunc sunt praefatae tres causae.

II. Quaest. I. *Quae infirmetas excusat Canonicum, seu Praebendatum a chori frequentia?* Resp. Convenit penes omnes, solum gravem, secus levem infirmitatem reddere immunem Praebendatum & a choro, & a poena amittendarum distributionum. Quoniam autem gravis, quamvis levis infirmitas dicenda sit, certa regula definiti nequit; sed prudentis viri iudicio declamanda est. Si res ad forum deducatur, Praelati iudicio standum erit. Si forum internum spectetur, medicus consulendus, si dubitetur levis ne, an gravis sit infirmitas. Levis absolute morbus esse potest, qui tamen ob egressum et domo, & aeris intemperiem, attento gracili temperamento gravis fieri potest. Quo in casu nullam subire Praebendatus poenam debet. Ceterum nullus in his casibus iudex melior quam Praebendatus ipse bene moratus, prudens, non meticulosus, nec scrupulos obnoxius. Si vero his defectibus labore, christianum medicum, non palponem, aut alium pium, prudentemque virum consulat.

III. Quaest. II. *Canonice qui culpa propria infirmitatem contraxit, amittit ne distributiones?* Resp. Sententia negans communis est, quoniam ius excusat infirmos, nec distinguit infirmitatem necessariam a voluntaria. Nec nos ergo distinguere debemus. Quod

quod nos frequenter, nobis incitis, aut semivolentibus, morbis nostris causam damus. Via ergo latissima aperiretur scrupulis, & perplexitatibus, si nostra cooperatio in morbum attendenda esset, & examinanda. Sententiam hanc defendunt Navarra, Garcias, Covarravias, Barbosa, Sanchez, Palaus, Leander, Salmanticenses, & committunt omnes.

IV. Quaest. III. *Canonice qui data opera se in morbum coniecit, ut a choro abint, amittit ne distributiones?* Resp. Negant Bonacina, Salmanticenses *tract. xvi. cap. iv. punct. 3. §. 1. num. 16.* Leander *quae. liv. ob rationem num. praeced.* expolitiam, quod iura ad infirmitatem, non ad intentionem respiciunt. Et est opinio satis probabilis. Hic tamen in foro exteriori posset privari distributionibus in poenam delicti. Et revera etiam in foro interiori, quem serio tanti facinoris poeniteret, ipse, naturali quodam instinctu, hanc poenam mereret. Et, si fide bona dirimenda causa sit, non video rationem cur ex iniquitate commodum colligere iste debeat.

V. Quid, si Canonice infirmus ante infirmitatem confiteretur abesse choro, acquireret ne infirmitatis tempore distributiones? Leander *disp. vi. quae. iv.* probabilis esse docet, hunc non acquirere distributiones: quia tunc infirmus non est causa cur a choro abint, si cessante morbo reaple choro non adesset. Pro qua sententia citat. Valquez, Azorium, Bonaciam, qui asserit sic decimum a Rota esse 2. *Maii 1630.* Trullenchum, Eusebium. Bonacina tamen limitat, si infirmus mutaret voluntatem, & deliberaret chorum frequentare. Praecisa auctoritate, ratio potius luadet oppositum. Si quidem praebendatus, graviter infirmus reipia impeditur a chori frequentia. Impeditur a chori frequentia ob infirmitatem a iure excusantur. Cur ergo hic excusari non debet? Ob delictum praecedens? At numquid delictum praecedens efficit quod non sit infirmus, aut vim privilegii infringit? Inconsequenter profecto loquuntur Auctores isti. Nam si eximium illum qui sua iniqua voluntate infirmitatem contrahit, hac ratione quod iura non respiciunt intentionem, sed morbum; non video qua ratione veint subicere poenam amissionis distributionum eum qui nulla sua culpa infirmatur. Si delictum praecedens contrahenda infirmitatis non tollit vim privilegii, cur praecedens peccatum negligendi chorum privare infirmum iure privilegio debet? Quare

satis probabilis mihi est opinio quae docet hunc non amittere distributiones; potissimum si mutata voluntate deliberet chorum frequentare. Hanc sententiam defendunt Petrus Navarra *Lib. II. de restitut. cap. 11. dub. 3. n. 238.* Salmanticenses *tract. xvi. cap. iv. punct. 3. §. 1. nu. 17.* Si tamen oppositum decimum a Rota est, quod me latet, praefatenda rationi Rota auctoritas est; & in re dubitator pars eligenda.

VI. Si Canonice, seu Praebendatus extra locum residentiae absque legitima causa degens infirmetur; non fruitur privilegio concilio infirmis: quia hic ex malitia reputatur abens. Si vero extra residentiae confinia reperiatur ob legitimam causam, puta ob Ecclesiae negotia, quibus peractis infirmetur: tunc suas facit distributiones, sicut ceteri infirmi in loco residentiae. Haec omnia communia sunt.

VII. Laborantes podagra impediende accessum ad chorum acquirunt distributiones: quia vere abint ob infirmitatem. Senes pariter qui sine probabili periculo gravis infirmitatis domo egredi nequeunt, suas faciunt distributiones.

VIII. Reicimus vero tanquam laxam & falsam opinionem Leandri *disp. vi. q. 1111.* Bonacinae, & aliorum Probabilitarum, qui asserunt senes septuagenarios committere exempto esse a choro, eo quod ipsa grandaeva aetas morbus est. In cuius opinionis praesidium laudat Leander versiculum Psalmi *lxxxix. Dies aeternum nostrorum in ipsis sepe praegingit anni: si autem in poteratibus & sanguina anni, & amplius eorum labor, & dolorem.* Perperam ad fovendam laxitatem verba sancta allegantur. Si labor sit, & dolor in senibus, experientia dignoscitur; & sic excusantur; si autem sani sint, & robusti, si domo egrediantur ad alia peragenda negotia; cur a choro extimi debent? Non ergo ratione aetatis, sed ratione debilitatis vere, & gravis, quae senes frequentius afficiuntur, a choro excusantur.

IX. Quaest. IV. *Quoniam dicenda sit rationalis corporis necessitas, quae est secunda causa excusans Praebendatum a chori frequentia?* Resp. Regula generalis quam committunt Theologi assignant, haec est. Quoties chori frequentia parit aliquod grave damnum honoris, salutis, vitae, aut fortunae; tunc rationalis necessitas censetur abstinendi a chori frequentia. Hinc qui ex medici prudentis iudicio domi morantur ad medicinam sumendam, ad venam sciendam, non 2-

mitur distributiones; sicut nec ille qui ex medicorum consilio ad balnea, vel ad locum salubrioris aeris, ut sanitatem recuperet, proficitur. Similiter distributiones acquirunt qui ab hostibus capitur, aut per vim detineantur; qui habet inimicum, quocum reconciliari non potest, timetque ab illo grave damnum. Quid de eo qui abest ob timorem potestis grallantis in loco beneficii? Acquirere distributiones desunt Leander *disp. vi. q. lxxviii.* Salmanticenses *loc. cit. num. 19.* quia hæc reputatur rationabilis corporis necessitas. Negant vero Covarruvias *Lib. III. var. cap. xliii. non. 8.* Barbosa *Lib. III. de iur. univ. var. cap. xvii.* Sanchez *Lib. II. consil. cap. 11. dub. 92. num. 2. & alii.* Concedunt fructus beneficii percipi iure posse ab præfatis, secus distributiones. Quoniam, si nolant communi periculo subiacere, non videtur congruum quod commodum percipere debeant. Et hæc opinio videtur rationalior. Si Præbendatus curam habeat animarum, omnes tententur quod distributiones non acquirat; immo communis addunt, nullo modo hunc abesse a grege posse. In carcere detentus per infortunium, quin ipse causam dederit, distributiones acquirat; secus si iuste detineatur.

X. Quæst. V. Quid de Præbendato absente ob excommunicationem? Resp. Similiter hæc acquirunt distributiones, si nullam excommunicationis causam dedit, atque adeo sit iniuste excommunicatus: dummodo tamen curet ab excommunicatione absolvi; alioquin sua negligentia abest. Si vero iuste excommunicatus sit, five virandus fuerit, five non, distributiones amittit.

XI. Quæst. VI. Quid, si iuste excommunicatus choro assistat? Resp. Lucrari hæc distributiones, licet mortaliter peccet, contendunt Salmanticenses *tract. xvi. cap. iv. p. 3. §. 2. num. 21.* & pro hac opinione laudant Martinum a S. Ioseph, Bonacium, & Petrum Navarram. Leander probabilis existimat hunc Præbendatum non modo mortaliter peccare, verum etiam amittere tum fructus præbendæ, seu beneficii, tum distributiones. Et hæc opinio communis est inter Canonistas, & Theologos, ex quibus citantur ab eodem Abbas, Innocentius, Covarruvias, Uspolius, Moneta, Sayrus, Suarez, Alerius, Garcias, Hostiensis, Paludanus, Toletus, Sylvester, Decius, Armilla Summa Confessor, Fillucius, Bannius, Bassæus, Reginaldus, Navarrus, & alii. Advertit tamen Garcias *de benef. cap. xiv. non. 129.* contrariam in Hispania obtinere consuetudi-

nam, quod videlicet excommunicatus fruatur fructibus beneficii, & distributiones percipiat quotidianas: de qua consuetudine nihil nobis quotidianum occurrit. Id tantum affirmamus, quod tali consuetudine sublata, probabilior opinio est, excommunicatum amittere & fructus beneficii, & distributiones.

XII. Quæst. VII. Quid de Beneficiato, seu Canonico suspensio? Resp. Probabilior opinio est, non solum fructibus beneficii, sed etiam quotidianis distributionibus hunc privatum esse; quamvis horis canonicis inter sit. Secus dicendum, si iniuste suspensus foret: quia tunc ob rationabilem causam abest a choro, ne videlicet maiori damno subiaceret. Idem dicendum, quando Ecclesia est interdicta, dummodo Beneficiatus, seu Canonici causam huic interdictio non dederint. Tempore vero cessationis divinis officiis, quo officia Canonici celebrare nequeunt, distributiones amittunt: quæ sic declaravit Gregorius X. in cap. si Canonici §. scilicet, ubi statuitur, quod qui causam dedit cessationi, omne interesse restituere debeat Canonici, quod dependit ex omnia assensu divinis officiis. Nec eadem ratio est de interdicto, & de cessatione: quia in hac datur specialis iuris prohibitio, secus in illo. Communem esse opinionem hæc affirmat Leander *disp. vi. quæst. lxxxiii.* & pro eadem citat Covarruviam, Suarez, Moneta, Sayrum, Henriquez, Bonacium, Paluum, Trullenchum, & alios. Tempore quo polluta Ecclesia est, acquirunt Præbendati distributiones: quia per ipsos non fiat quod sit polluta, neque quod officia non celebrentur. Similiter Præbendatus qui sit irregularis, si divinus assistat officiis, non amittit distributiones. Irregularitas enim non impedit assensum officii divini. Qui vero ante beneficii collationem irregularis erat, eandem amittit: quia probabilis est collationem factam irregulari esse nullam.

XIII. Quæst. VIII. Quid de Canonico iudicis sententia beneficio privato? Resp. Non pauci affirmant, hunc lucrari distributiones, si iniuste spoliatus sit. Negant alii, afferentes etiam iniuste per iudicis sententiam privatum beneficio nullum ius ad illud retinere. Castropalaus, & Leander *quæst. lxxxvii.* dicunt, quod si beneficium per iudicis sententiam collatum alteri sit, etiam iniuste, tunc illo privatus amittit fructus, & distributiones; cum nullum ius ad illud retineat. Teneatur tamen qui iniustitiam commisit, omnia damna reparare. Si autem ita privatus est, ut illud

illud retinet; usquequod accedat criminis sententia, quemadmodum regulariter in omni privatione delicti annexa accidit; omnes fructus, & distributiones, medio illo tempore contingentes, lucratur, si officiis assistat; cum hoc tamen onere, ut, lata sententia declaratoria criminis, omnes fructus, & distributiones a commissi criminis die restitueret. Opinio valde probabilis. Canonici, seu Præbendatus degradatus omnes amittit fructus, & distributiones, beneficium, omnique privilegium clericale. Sententia communis est.

XIV. Quæst. IX. Que utilitas Ecclesie evidens excusat a chori assensu? Resp. Tertia causa quæ absente a choro participem reddit distributionum, est evidens Ecclesie utilitas: dubia enim utilitas hoc privilegium non confert. Debet ergo esse utilitas gravis, ac manifesta, & Ecclesie propria, non alienæ. Si vero sit manifesta utilitas Ecclesie universalis, & fructus, & distributiones lucraris: quia bonum commune prevalere bono particulari. Sed quando dicenda erit utilitas gravis, & manifesta? Quando consensu Capituli, vel Ordinarii indicata fuerit talis.

XV. Quæst. X. Qui absens est a choro in utilitatem Ecclesie manifestam, debet ne esse in loco beneficii, ut distributiones lucratur? Resp. Admittat plures, idque probant ex c. Cum non deceat, de Cleric. in 6. ubi Clerici ad Sedem apostolicam accedentes, suarum Ecclesiarum negotia tractaturi, distributionibus quotidianis privantur. Verum contrariam sententiam probabilior reputant Salmanticenses *tract. xvi. punct. 3. §. 3. n. 24.* & pro eadem citant Pellivarium, Paluum, Martiniqumque a S. Ioseph. Rationem petunt ex c. cap. Utile, ubi conceditur privilegium absentibus in utilitatem evidentem Ecclesie absque ulla limitatione; & cum huiusmodi sit dispositio favorabilis, non est cur limitari debeat. Caput vero *Com non deceat* limitant pro peculiari causa, quo Præbendatus accedit ad Sedem apostolicam ob instructionem electionis. Opinio videtur satis probabilis. Veniat hæc, & similia consuetudine iam sancta sunt.

XVI. Quæst. XI. Qui a proprio Episcopo mittitur ad visitanda limina Apostolorum, lucratur ne tempore absentis distributiones? Resp. Communiter affirmant omnes: quia tunc agit negotium Ecclesie, illius statum exponendo, & representando summo Pontifici. Idem dicendum de Canonico comitante suum Episcopum ad eadem limina, ut decre-

vit Sixtus V. Subdant tamen, non posse Episcopum duos mittere ad visitanda præfata limina suo nomine, sed unum tantum. Cum vero ipse Romam peregr, duos tunc ducere possit. Minime vero distributiones acquireret Canonici qui altarum Ecclesiarum nomine, vel ut alienum Episcopum comitaretur, pergeret ad limina Apostolorum: quia tunc non abest in sua, sed in alienæ Ecclesie utilitate. Sententia communis, & vera. Si missus ab Episcopo ad visitanda limina Apostolorum esset Parochus, solius bimelstris temporis distributiones percipere possit: quia ultra hoc intervalum nequit Episcopum Clericum animarum curatorem in alio negotio, patralis ministerium impediendo, occupare. Plures sacre Congregationis declarationes referunt Garcias *II. Part. de benef. a. n. 40.* in iustis communis sententia confirmationem.

XVII. Quæst. XII. Canonici qui ab Episcopo mittuntur ad Concilium generale, vel provinciale, tamquam Theologus, Canonista, vel Procurator, acquirunt ne distributiones? Resp. Auctores qui negant Præbendatum acquirere distributiones, dum est extra locum beneficii, licet in utilitatem Ecclesie suæ, negant quoque illum in hoc casu acquirere, dum Concilium extra locum beneficii celebratur. Verum probabilior est opposita sententia, ut ex iis quæ dicta sunt, patet. Si vero Canonici simul Episcopus sit, pergatur ad Concilium ut Episcopus, non ut Canonici, tunc non recipit distributiones: quia tunc non dicitur abesse a choro in utilitatem Ecclesie, a qua distributiones accipitur titulo canonicatus. Si autem in Concilio peculiari negotia suæ Ecclesie perageret, tunc distributiones acquireret, quia in utilitatem suæ Ecclesie abest. Canonici qui a suo Capitulo mittuntur ad Pontificem, vel ad Principem, ut legatus, pro agendis negotiis Ecclesie, distributiones acquirunt. Si Canonici occupantur a Capitulo in supplicandis redditibus mensis fabricæ, dum divina celebrantur officia, acquireret distributiones, si ratio urgens occurreret has faciendi supputationes tali tempore. Si vero congruenter alio tempore fieri possent supputationes, distributiones non acquireret: quia Capitulum non valet tempore indebito obsequi rationabili causa Præbendatum occupare in negotiis quæ neque commode alio tempore potest celebrata officia peragi valent. Quod si hoc speciale gravamen reputatur Canonici, qui auto tempore a divinis officiis detinentur ad eundem negotia, labor illius, solatio pretio, compensatur,

ferur. Hæc mihi magis aridet opinio, ut ut Salmanticensis cum aliis sentiant.

XVIII. Quæst. XIII. *Canonicus qui, Sede vacante, eligitur a Capitulo Vicarius, seu prioris, amittit ne distributiones, si abest a choro causa exercendi officium?* Resp. Communis sententia negat, quia abest ob evidentem Ecclesiæ suæ utilitatem; secus, si eligetur Vicarius Episcopi: quia tunc Episcopo, non Ecclesiæ suæ utilitatem; Archidiaconus quoque visitans Ecclesiam, aut prædia lra Ecclesiæ, acquirit distributiones: quia visitando hæc loca servit Ecclesiæ in re utili. Consulenda tamen est confessio. Qui tempore divini officii conficitur peccata sua, non acquirit distributiones: quia non abest in utilitatem Ecclesiæ, sed in profectum anime suæ: quem admodum non acquirit distributiones qui abest voti proprii adimplendi causa, ob diſtam rationem, quod talis absentia non cedit in utilitatem Ecclesiæ; aut qui Missam celebrat tempore divini officii, nisi id præstet ex mandato superioris, vel nisi conſuetudo contraria obtineat. Penitentiarium vero Ecclesiæ cathedralis, qui tempore divini officii detinetur in excipiendis fidelium confessionibus, acquirit distributiones: quia sic definit Concilium Trid. sess. xxiv. c. viii. de reſor. *Penitentiarium aliquis cum antea præbende vacante ab Episcopo instituitur, qui Magister sit, vel Doctor, aut licentiatius in Theologia, vel iure canonico, & amorum quadraginta, seu alias qui aptior pro loci qualitate reperitur: qui dum confessiones in Ecclesia audiet, interim præsens in choro censetur.* Observat tamen Gaspar Par. V. de benef. cap. v. n. 12. tunc locum præsentem in choro censeri, dum actus confessiones audit; secus, si post auditas confessiones in confessionario maneat, & privatim officium recitet, ut deinceps opportunius audire valeat accessuros poenitentes: & refert super hæc re declarationes sacre Congregationis. Cui sententiæ subscribit Barbosa de officio. *C. potest. Episcopi, allegat. 10. n. 30. Bonacina disp. 11. q. v. punct. 2. §. 5. n. 3. Leander vero, Palaus, & alii id negant.* Verum circumstantiæ consulendæ sunt. Si enim reapse soleant poenitentes accedere, & Penitentiarium sincero animo ibi sedet, ut ad commodius poenitentibus serviat, non videtur privandus distributionibus; potissimum cum Tridentinum absolute loquatur. Eisdem distributionibus fruatur Canonicus interrogatus Penitentiarium in audiendis confessionibus, nisi surrogatio sit in fraudem. Alii

vero Præbendati qui occupantur in confessionibus audiendis sponte, non lucrantur distributiones Quid, si superior præciperet ut adjuvaret Penitentiarium ob magnum concursum? Tunc necessitas audiendi poenitentes excusaret a chori præsentia, & adiutor Penitentiarium acquireret distributiones. Præbendatus cui animarum cura annexa est, acquirit & fructus, & distributiones, dum sacramentis ministrandis operam navat; quemadmodum acquirit ille qui in defendendis beneficiis iuribus occupatur: quia in utilitatem Ecclesiæ manifestam credit talis defensus. Minime vero eas acquirit, dum propria iura ad beneficium adversus alium iuratur: quia tum propriam, non Ecclesiæ, causam agit.

XIX. Quæst. XIV. *Quanto tempore fruatur privilegio percipiendi distributiones qui abest a choro ab Ecclesiæ negotia tractanda?* Resp. Communis sententia est, hunc præfatum privilegio gaudere, quamdiu in necessaria negotii procuracione occupatur, sive ad eundem locum in quo negotium transigi debet, live redeundo domum, sive commorando. Adverte tamen omnes assiduum adhibendam esse diligentiam, ut celerius, quoad fieri possit, negotium expediatur. Si enim minister moras neciter, & negligenter se habere, ut diutius quam par sit, a choro abesse; fraus illi non suffragaretur, nec distributiones iure percipere possent. Iustus celeritatis, aut prolixitatis sola prudentis, & optime morati ministri conscientia iudex esse valet.

XX. Quæst. XV. *Celebratio Capituli excusatur ne absentiam a choro?* Resp. Capitula celebrantur pro Ecclesiæ regimine, & illique necessario interesse sub gravi culpa Canonici teneantur: quia Capitula regimini, & conservacioni Ecclesiæ necessaria sunt. Hinc tamen minime inferas, quemlibet Canonicum peccare mortaliter, si semel aut iterum abesse a Capitulo, peccaret, si sua causa Capitula celebrari non possant; secus, si tot sint, quot sufficiant ad rem decidendam, & si negotium magni momenti non sit. Si enim negotium grave esset, tunc non excusaretur omittens interesse Capitulo. Antequam tamen culpe gravis damnum qui abest, negotii qualitas inspectanda est, habilitas personæ, & damni, vel beneficii magnitudo, vel absentia potest. Tribus tantum mensibus, quemadmodum a choro, si a Capitulis celebrandis excusantur, nisi urgens negotium aliud excuset. Igitur non modo Canonici non acquirunt distributiones, si abest

a cho-

a choro, ut Capitulis interfuit, sed etiam vicinam illis est tempore officiorum, & maxime choralis Missæ, Capitula celebrare, excepto inopinato, & urgenti negotio; quod nec dilationem nec anticipationem permitteret: quia assentientia in Capitulo tempore precum canonicarum non cedit in utilitatem, sed in detrimentum Ecclesiæ, & divini cultus diminutionem.

XXI. Quæst. XVI. *Canonicus Theologus, seu Lectoralis acquirit ne distributiones, si abest a choro die qua lectioem habet, vel concionatur?* Resp. Convenit penes omnes, præfatos Canonicos abientes a choro diebus quibus legunt, aut concionantur, acquirere distributiones. Garcia III. *Pari. de benef. cap. 11. n. 120.* concedit eas tantum distributiones Magistros Canonicos acquirere que correspondet horis quibus legunt, aut concionantur, secus aliis eisdem diei, quibus addicunt, loque ad legendum, aut concionandem disponunt. Verum opposita sententia communior, & probabilior est, & constat ex declarationibus sacre Congregationis, quas adducit ipse Garcia. Quando enim duo sunt connexa, qui concedit unum, & alterum imperiatur necesse est. Porro ad legendum, & ad concionandum necessaria est præparatio. Neque tamen hinc inferas, eiusmodi Præbendatos Magistros choro censeri præentes, etiam aliis diebus, quibus se præparant ad legendum, vel concionandum, quia hæc remota sunt; immo hoc privilegium lucrandi distributiones neque extenditur ad Matutinum, quod sero pro sequenti concionis, aut lectioem die celebrari solet, ut declaravit sacra Congregatio, quam refert Garcia his verbis. *As Theologus qui dominis pro presente habetur diebus quibus legit, confensus etiam sit præsens Matutinis, qui ex antiqua Ecclesiæ consuetudine dicuntur sero præcedunt pro sequenti? congregatio respondit non censeri.* De consuetudine alitubi obtinente, si cuius eiusmodi Canonici magistrales abesse solent octo diebus ante concionem, vel lectioem, non aliud occurrit dicendum, nisi ut serio perpendatur, ne abulsi consuetudinis larva imponatur. Loco abulsi illam habent Garcia, Palaus, Pellizarius, Leander, & alii, si ad distributiones illa extendatur; secus si ad solos præbende fructus restringatur. Admissa tamen hypothesi, quod eiusmodi Magistris concedi soleant octo diebus, quibus se ad concionem, aut lectioem parent, si his diebus choro assitent, minime possent aliis octo diebus abesse, & percipere distributio-

nes: quia privilegium, si quod est, istis diebus illegatum est. Neque præfati Magistri vacare a choro possunt ea die qua alterum Canonicum substituant ad lectioem, vel concionem, quia cessat finis privilegii.

XXII. Quæst. XVII. *Quod de Canonicis curam animarum habentibus in aliis Ecclesiis cathedralibus?* Resp. Iam dictum supra est, Canonicos curam animarum habentes in propria Ecclesia, distributiones acquirere, dum abstant a choro, ut sacramenta administrent, iustaque obeant munia, ut declaret Tridentinum sess. xxiii. de reſor. cap. 111. Difficultas est, utrum fruantur hoc privilegio, dum curam animarum habent extra propriam Ecclesiam. Bonacina adfirmat, etiam animarum curam eiusmodi Præbendati habere extra dioccesim. Alii absolute negant. Probabilior videtur opinio, quod acquirant distributiones Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatae, in qua habent dignitatem, si animarum cura sit intra propriam dioccesim; secus, si extra dioccesim Ecclesia in qua hæc cura exerceri debet, constituta fuerit. Parochi quoque capiunt distributiones, dum abstant propter munera parochialia. Examinatores Conſessorum fructus acquirunt, quia distributiones, dum abstant a choro; quia non sunt occupati in Ecclesiæ propriæ, sed Episcopi servitio. Consulenda tamen Ecclesiarum consuetudo. Canonici quoque ab Episcopo instituti visitatores hospitalium, & Ecclesiarum diocesis, Vicarii foranei, & administratores locorum, fructus, non distributiones acquirunt, eo quod non occupantur in servitio Ecclesiæ. Idem dicendum de Canonicis occupatis in Episcopi servitio. Distributiones vero acquirunt, dum Episcopo intersunt solemniter in cathedrali Ecclesia celebranti; minime autem, dum eidem intersunt privatim sacrificanti. Vicarius generalis acquirit fructus, non distributiones, si abest a choro.

XXIII. Canonici interservientes Legatis summi Pontificis, vel Cardinalibus, non percipiunt fructus præbende, si abest a choro: quia non adest aliquod privilegium nisi cuius eximantur a choro, vel abientes choro præbentes reputentur ob tale servitium. Præbendati autem qui interservunt summis Pontifici, in munere Capellani, Camerarii, Secretarii, Bibliothecarii &c. acquirunt fructus præbende, ut colligitur ex cap. cum dilectus de Cleric. non resident. Icus distributiones, quia talis occupatio non cedit in utilitatem Ecclesiæ propriæ. Interservientes vero Regi, aut supremo Principi, nec distributiones, nec fru-

ctus

flus canonicatus acquirunt, ob eandem rationem, quod non abint ob manifestam Ecclesie utilitatem: & antiqua privilegia, si que erant, per Tridentinum less. vi. cap. 11. de refer. revocata sunt. Auditores Romanæ Rotæ acquirunt fructus, & distributiones suarum præbendarum ob privilegium illis concessum à Clemente VII. in Bulla, quæ incipit *Conventi* data an. 1525. nonis Anguli. Hoc idem privilegium concedere Inquisitoribus hæreticæ pravitatis Paulus III. & S. Pius V. prout refert Garcia III. *Part. de benef. cap. 11. n. 356.* Quamvis tamen acquirant fructus, & distributiones præbendarum, non tamen gaudent dicto privilegio Inquisitores illi qui habent beneficia curata: quia sic de cetero est à sacra Congregatione, ut refert Gonzalez ad regul. S. Cancellar. gloss. 6. n. 266. Collectores, & subcollectores, & alii officiales Camere apostolicæ acquirunt fructus, & distributiones ob privilegium illis concessum à Sixto V. anno 1590. ut refert Barbosa III. *P. de potest. Episc. alleg. 57. n. 157.*

XXIV. Præbendati, & Canonici docentes Theologiam in aliqua universitate, seu studio generali, acquirunt fructus præbendæ, ut colligitur ex *cap. final. de Magistris, & de cetero* est à sacra Congregatione, ut testatur Barbosa in *remiss. ad Concil. sess. v. de refer. cap. v. n. 80.* secus vero distributiones: quia minus illud non cedit in utilitatem propriæ Ecclesie. Solus enim Præbendatus qui legit in propria Ecclesia, has distributiones acquirunt, ut diximus supra. Idem dicendum est de Præbendato docente ius canonicum: quia licet in *cit. cap. sermo* sit de sola Theologia; attamen, cum & ius canonicum æque Ecclesie prodest, non est cur hæc facultas à privilegio excludatur. Et Garcia affirmat id declaratum esse à sacra. Congregat. Cardinal. etique communis opinio. Ab hoc vero privilegio excludunt Auctores Præbendatos qui in universitatibus docent ius civile: quia id non pertinet ad Ecclesiasticos. Erui vero hoc privilegio citati Auctores docent illos qui docent Grammaticam, aliasque artes, que ad Theologiam, & ius canonicum disponunt.

XXV. Quæst. XVIII. *Quid de Parochis publicæ legentibus Theologiam?* Resp. Frui tantum privilegio docent plures, Leander, Palaut, Pellizaris, & alii. Verum post Tridentinum non video qua ratione hæc defensionis opinio possit. Nequeunt scilicet Parochi abesse à propriis Ecclesiis ultra bimestre, nisi ex urgenti, & gravi causa: qualis sane non est minus docendi in publica Aca-

demia, seu universitate, ubi plures esse Doctores solent quam cathedre, ne dicam discipuli. Omnes vero fatentur, Parochos docentes Grammaticam in universitate non frui privilegio exemptionis.

XXVI. Quæst. XIX. *Ut Præbendati legentes in universitate, aut studio generali fruatur privilegio exemptionis, requiritur ne sint conducti?* Resp. Adfirmant nonnulli. Verum contraria opinio probabilior est: quia in *cap. fin. de Magistris, & in Tridentino sess. v. cap. 1. de refer.* solum definitur, quod eiusmodi Præbendati legant in universitate, aut studio generali: nulla facta stipendi mentione. Ergo sive sponte, sive pacta mercede de legant, perinde est ad fructus lucrandos beneficii, seu præbendæ. Verum tamen est quod eiusmodi Præbendati, quos vocant Magistrales, adprobati esse debent ab universitate, seu Doctorum collegio, ne superflue Magistri multiplicentur.

XXVII. Quæst. XX. *Quid de Præbendatis studentibus in universitate?* Resp. Ibi acquirunt fructus canonicatum, seu beneficiorum, non distributiones, ut colligitur ex *cap. 12. de privileg. in vi. ex cap. Tua de Cleric. non residet.* Ut vero hocce fruatur privilegio, satis haud est ut student in Ecclesiis cathedralibus; sed requiritur ut operam studii dent in universitate, aut studio generali, excluso quocumque studio particulari. Debent insuper incumbere in ius canonicum, aut in Theologiam, seu sacram Scripturam; nec privilegio fruuntur, si audiant ius civile. Quin eiusmodi scholastici, ut fructus capiant beneficii, debent maiore anni parte in universitate commorari, & assidua diligentia scholas frequentare. Quare scholares otio dissolutos, qui scholas non frequentant, nec sedulo studiis dant operam, sed tempus inutiles terunt, nullo modo scholasticorum privilegio gaudent: cum cesset omnino finis horum privilegiorum, quæ ideo data sunt, ut scientias Præbendati sibi comparant.

XXVIII. Quæst. XXI. *Tenantur ne eiusmodi Præbendati licentiam ad Ordinario petere, ut possint causas Pauli abesse?* Resp. Sententia communis adfirmat, quia id expresse præscribitur in Bulla Pii V. cuius initium est, *Ad cunctas aures;* & in Tridentino sess. xxiii. *cap. 1. de refer.* Ratio etiam manifestat est. Quia ad Ordinarium spectat examinatorum ingenia, qualitates, & habitabiles ad studia: sint ne ætate, moribus, capacitate apti ad studia, & utrum ex eorum absentia cultus divinus detrimentum patiar. Si qua-

litat-

litas recentis splendeant in Præbendatis, ex inutilia Ordinarii facultatem adendum studia impetire tenetur: quod si denegaverit, licita erit ad superiorem appellatio. Sententia communis.

XXIX. Quæst. XXII. *Præbendati parochialis beneficia habentibus licitum non est abesse ab Ecclesia studiorum causa?* Resp. Adfirmant Navarros, Toletus, Valentia, Lesius, & alii. Verum hæc opinio post Tridentinum improbabilis est. Prohibetur quippe à Tridentino sess. xxiii. *cap. 1. de ref. Episcopis* non licentiam dent Parochis, ut à propriis abint Ecclesiis, nisi urgente causa. Porro studium respectu Parochi non modo non est causa gravis, sed inanis, & vana. Siquidem beneficia parochialia nunc illis tantum conferuntur qui iuridico experimento in publico certamine omnium Clericorum beneficium petentium scientia necessaria ad obtinendum ministerium instructi ab examinatoribus iudicati fuerint. Privilegia data olim fuere, ut Beneficarii congruum comparant scientiam; Si ergo hæc tempestate Clerici non admittuntur ad beneficia parochialia, nisi sufficienti scientia polleant, nulla causa datur cur abesse ab Ecclesiis possint, ut in litterarum studia incumbant.

XXX. Quæst. XXIII. *Licentia quo ab Episcopo datur Præbendatis non Parochis, extenditur ne ultra quinquennium?* Resp. Leander cum aliis contendit hæc facultatem extendi posse usque ad septennium. Sed mihi probabilior est opinio Garcia restringentis hæc facultatem ad solum quinquennium. Allegat Garcia declarationes sacre Congregationis Concilii: Hanc quoque opinionem defendit Barbosa III. *Part. de potest. Episc. alleg. vi. n. 3.* Hoc tempus limitatur pro studentibus, secus pro Magistris qui scientias docent. Consultanda tamen est consuetudo.

XXXI. Quæst. XXIV. *Si beneficium conferat ex solis distributionibus quotidianis, lucratur ne eas qui studii causa abint?* Resp. Dicitur est Præbendatos causa studii ab Ecclesiis non distributiones quotidianas acquirere. Difficultas autem insurgit, num, si beneficium solis distributionibus conferat, has acquirant eiusmodi Præbendati? Negant Bonaëna: quia privilegium fructus, non distributiones, concedit. Ergo, si præbenda nullos habet fructus, nulla erit concessio. Ad contraria opinio videtur probabilior: quia distributiones hoc in casu succedunt loco fructuum, induntque istorum naturam: atque ita decla-

ratur a sacra Congregatione fuisse docet Garcia III. *Part. cap. 11. n. 113.* & est communis opinio.

XXXII. Quæst. XXV. *Canonici non citati qui tribus mensibus singulis annis abint ab Ecclesiis, lucrantur ne fructus, & distributiones?* Resp. Tempus concessum Canonici non curatis exemptionis à choro est trium mensium. Hoc vero tempore fructus percipiunt, secus distributiones. Ut vero hoc privilegium frui possint, oportet ut toto anno resideant, & frequentent chorum, ut observat Garcia III. *Part. de benef. cap. 11. n. 211.* Hinc Canonici qui in anni medio possessionem capit sui canonicatus, non potest tribus mensibus abesse, quia toto anno non residet. Quare medietate privilegii tantum frui potest. Qui maiore anni parte abest a choro, adhuc cum frui posse hoc privilegio, contentum Palaut, Pellizaris, Leander, & alii: quorum opinio mihi non aridet: quippe levamen illud datum, ut continuatis chori, humane fragilitati pernoletia, interrumpatur. Qui vero per totum annum, aut per maiorem anni partem non frequentat chorum, non modo dignus hoc privilegio non est, sed peccatum potius meretur. Nec tamen necesse est ut ante hoc trimestre chorum frequentent chorum, sed live ante, live post frequentant uti possunt privilegio illi qui respo- pte frequentare chorum solent. Nec metaphysica subtilitate, sed prudenti iudicio, beneque fide metienda hæc sunt. Navarrus *e. v. n. 20. de orat. sustinet*, Canonicum qui inultiter præfatos tres menses prodigrit, teneri ad fructuum restitutionem; quod prius docuerit Palautus in *12. dist. xv. q. v.* Negant vero Sanchez, Leander, Pellizaris. Res dubia mihi est; atque adeo utrum pars amplectenda. Spectanda tamen circumstantiæ sunt. Nam iuxta Navarrum ipsum, ut debitum sit restitutionis, oportet, ut Canonici principaliter prodigant hos tres menses in vanos ulus. Concedit & ipse, in fore exteriori præfatos Canonicos acquirere portiones. Quare, nisi abusus fit manifestus, non videntur cogendi ad restitutionem. Si vero una cum tempore prodigerent fructus ipsos, dubio procul restituere deberent totum id quod superflue expenderit.

XXXIII. *Ut Canonici fruatur privilegio trium mensium, non requiritur nec spe illis causa, nec licentia Ordinarii: quia hoc intervallum concessum à Concilio est pro levitate a chori frequentia. Quare quovis anni tempore hoc trimestri uti possunt, nisi fit*

con-

consuetudo contraria. Quid, si mensibus Octobris, Novembris, & Decembris anni praeteriti Canonici aliquis abfuisset a choro, poterit ne mensibus Ianuarii, Februarii, & Martii anni currentis continuo abesse? Adfirmat Pellizarius, & Leander. Si res absoluite spectetur, licitum est. Sed spectandae sunt circumstantiae, si videlicet ex eius absentia diminuat cultus divinus, si scandalum oriatur, & alia id genus. Menses isti confici ne debent ex horis quibus Canonici absunt a choro? Responso est negativa declarata a sacra Congregatione his verbis: *Congregatio censuit non posse confici ex horis quibus Canonici residentes absunt a choro, dies; & ex diebus, & locis sic collectis confici menses absentiae, de quibus in hoc Decreto, Neque ad colligendum servitium novem mensium colligendas esse praeteritas, quasi si qui novem partes praeteritarum, ex duodecim quae ex servitio totius anni constatur, deserviendo tulerint, servitio novem mensium satisfecerint. Sed ipsos dies residentes, & servitii, sive continui fuerint, sive interrupti, numerandos esse, ut complementum dictorum novem mensium.* Hanc declarationem refert Leander disp. vi. qu. cxlv. ex Garcia, & Barboja.

XXXIV. Quaest. XXVI. Canonici qui habet duplex beneficium, ut canonicatum, & decanatum, acquirunt ne duplices distributiones? Resp. Adfirmat Leander, qui plures alios citat. Verum contraria opinio videtur probabilior: quia distributiones dantur propter assiduitatem; & cum unica sit assiduitas, unica quotidiana distributio ei reponenda debet. Sed consuetudo est cuiusque Ecclesiae consuetudo.

XXXV. Quaest. XXVI. Quomodo interpretanda est dispensatio non interessendi choro? Resp. Dicitur iam supra est, posse summum Pontificem dispensare aliquem Praebendam a choro, qui simul percipiat tum grossiam, seu redditus praebendae, tum distributiones. De episcopo diximus, eum non posse in perpetuum quemquam Praebendorum

a choro dispensare. Porro privilegium pontificium absentiae a choro strictissime interpretandum esse fatentur communiter omnes, salva verborum proprietate, quod in divini cultus diminutionem cedat. Si privilegium concedit fructus, non est dilatandum ad distributiones; nisi in casu quo praebenda ex solis distributionibus constaret, ne privilegium evadat otiosum, & inane. Similiter indulgentiam quo conceditur ius percipiendi fructus, & distributiones non interessentibus choro ob aliquam ex tribus assignatis causis, non extendi contendunt multi ad distributiones quas vocant *minutas*, quae ob anniversaria conceduntur; nisi Pontifex id expresse declaret, quia voluntas testatorum est ut praesentibus tantum impertiantur. Quare distributiones illae quae ex manifesta testatorum voluntate designatae sunt assistentibus hanc Missam, vel huic officio, non acquiruntur ab absentibus quocumque titulo; neque consuetudo introduci potest, vi cuius aliis quam praesentibus debeantur: quia naturali iure ex testatorum voluntate praesentibus debentur; & contra ius naturale nulla praevalere consuetudo potest; quamvis non desint qui aliud sentiant.

XXXVI. De variis Ecclesiarum consuetudinibus nihil occurrit dicendum. Nam quilibet fere Ecclesia suas habet. Siquidem aliquarum Ecclesiarum consuetudo est ut Praebendati quatuor mensibus absint. Longius spatium alicui Ecclesiae concedunt, vel ob aetatis inclementiam, vel ob alias causas. In aliquibus consuetudo est ut Praebendati tempore officiorum valeant Missam celebrare, quin amittant distributiones; & quod tempore vacationis acquirant quotidianas distributiones, nedum fructus. Aliquorum etiam Ecclesiarum consuetudo est concedendi privilegium absentiae his Praebendatis qui quadraginta annorum spatio choro inservierunt, etiam si robusti sint. Verum, ut dixi, non est quod longius rem hanc protrahamus; sed unaquaeque Ecclesia suas consuetudines servet. Cavendum solum ne pro consuetudine abusus, & corruptelae invehantur.

